Conuigem ipsis de hac luce decedere contigerit ex tunc eadem Con-
sors sua bona supra scripta et res generalis omnes morte predicti Maritalis
derelictas, Cum omni permissorum iure dominio et proprietate om-
nibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus prouenientibus
redditibus commodis et emolumentis attinentibus et pertinentibus generalis vnius nul-
lis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit illisque pacce et
quiete vti fruetur. Post mortem vero predicte Consortis suae bona generalis om-
nia supra scripta morte predicti Mariti sui derelicta ad Successores eius-
dem Mariti sui sine quouis impedimento Successorum predicte Consortis suae
deuolui debebunt et tenebuntur. Similiter etiam si prius prenotatam Con-
sortem suam quam predictum Maritum de hac luce decedere contigerit
ex tunc idem Maritus bona supra scripta generalis omnia morte eiusdem Con-
sortis suae derelicta Cum omni eorum bonorum iure et proprietate
omnibusque et singulis ipsis utilitatibus fructibus commodis et emo-
lumentis nullis exceptis tenebit habebit et possidebit illisque quiete
et pacce ad extrema vitae suae tempora potietur. Post mortem vero et de
hac luce decessum predicti Mariti sui bona supra scripta generalis omnia mor-
te ipsis derelicta ad Successores eiusdem Consortis suae sine quauis con-
tradictione Successorum predicti Mariti ipsis deuoluentur. et redibunt per scriptura
personali recognitione ad premissa omnia mediante.

Zielonczonka Abtenuciat.

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castrensi Capit.
Premysliensi Generosa Barbara Zielonczonka Generosi Pauli Zielonka
cum Hedwigi Chotecka procreata filia Generosi vero Samuelis Dal
Niedzwiedzki cum Generosa olim Theophila Eumowska procreata filia
Consors legitima cum assistentia eiusdem Mariti sui sana mente, et corpo-
re eius a terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis
proprij et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Ca-
pitanei Premysliensis quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus
ac bonis suis generalis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque

subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit.
Quia sibi per manus suprascripti Eiusdem Pauli Zielonka Parentis Illmi
Charissimi pro omnibus bonis paternis et maternis ipsis in vim dotis
et expeditionis ultime concernentibus plenarie et sufficienter satisfactum est
ob quam praestitam sibi satisfactionem eundem Eiusdem Parentem suum
de bonis ipsorum paternis et maternis quietat perpetuo abdicat
et abrenunciat praesentibus sibi et suis posteris ob praestitam
pro praemissis satisfactionem sibi et suis posteris perpetuum imponen-
do silentium.

Maytkowski, Tarłowi Donat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensi Capitaneatus Prae-
myslien. Illmus Mikuła Maytkowski Kuntarowicz Janus mente et cor-
pore existens. A terris Districtibus viribus Jurisdictionibusque suis quibus-
vis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi
Capitaneatus Praemyslien. quo ad Actum praesentem attinet. Se cum Successori-
bus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando palam
libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua pro-
pria et haereditaria infrascripta nempe pułdworzyszcza między miedza-
mi Jacka Budzowca Maytkowskiego z iedney A Andrzeja Gierygie-
rowca Maytkowskiego z drugiey strony z Iwanem Burdyczem z Jac-
kiem Synem tegosz Burdyca na tym ze Pułdworzysku sadzącego in bonis
Villae Mohnate Terra et districtu praesenti Praemyslien. consistentibus cum omni pra-
missorum iure dominio et proprietate haereditate cumque omnibus et singulis
eorundem bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus reditibus commo-
dis emolumentis obventionibus tum agris pratis campis pascuis sylvis nemo-
ribus hortis subditorum memoratorum laboribus censibus dationibus vecturis
muniis officiis et obsequiis quibusvis attinentibus et pertinentibus generaliter universis nihilque
ex praemissis viris dominii proprietatis haereditatis ac cuiusvis praetextus pro se
recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo ve-
rum prout praefata bona praemissaque omnia ipse nec recognoscens tenuit hab-
uit